

ascendis vel descendis ad ipsum vicium  
Igitur contra quodlibet vicium tres potes  
distinguere gradus, quorum primus est  
incipientium et pertinet ad primum gradum  
ascensionis ad cordis puritatem qui est  
in timore. Secundus est proficientium et pertinet  
ad secundum gradum scilicet ascensionis qui  
in spe agit. Tercius gradus est perfec-  
torum et pertinet ad ultimum gradum ascen-  
sionis ad puritatem.

De ascensionibus contra primum vi-  
cium quod est gula. Ca. lvi.

**P**rimum autem certamen est contra  
vicium gula. Inde primo diabolus  
primum hominem temptavit et superavit.  
inde secundum hominem primo temptavit et  
succubuit. Item hoc vicium est situm quasi  
in fimbis nature. Si igitur ipsum non po-  
tuimus superare, quomodo spiritualia superare  
mus extra fines nostros carnalis nature  
nos impugnantia. Contra istud vicium

ascēdim⁹ p virtutē sobrietatis p quā  
ascensiones in corde disponim⁹ cōtra  
gulam debellandā. **S**obrietas autem  
virtus dicit̄ q̄ corporis alimenta cum  
recto moderamine admittunt̄. **T**ripli  
cem autē gradum vel ascensum cōtra  
vicium gule debes in corde disponere  
vt possis gule appetitum refrenare et  
quantū ad hoc vim cōcupiscibilem re  
formare. **P**rim⁹ ascensus cōtra gulā  
id est prim⁹ gradus virtutis sobrieta  
tis est patienter ferre cū nō potest ha  
beri abus vel potus delectabilis et nō  
contristari cū non habent̄ interdum  
desiderata ad libitū. **S**ed in hoc gradu  
gulosus multa patit̄ cōtamina et gule  
tela. **V**nde opus habet vt hic aliq̄diu  
stans prelieet̄ et gulam superet. **S**cias  
ergo q̄ natura gule est vt causet in  
concupiscibili inordinatū appetitū cibi  
et potus quo impediāt̄ ab ascensu. et

talīs affectūs vel appetitūs inōrdīnātus  
aliquos cogit ante tempus comedere  
aliquos cogit se nimis id ē nimio desi-  
derio et effusione sup alios effundere.  
aliquos cogit inōrdinate abum delica-  
tum querere . alios cōpellit excedere  
in nimia quantitate. // **Vt** autē totam  
familiam eius cognoscas et scias con-  
tra que debeas pugnare aduerte q̄  
p̄ncipaliter filie gulae sunt scđm gre-  
goriū. Scurrilitas v̄borū . multiloquiū  
detractio . vituperium . inepta leticia .  
lasciuiā mentis . immundicia carnis .  
// **Vt** autē hunc affectū impuritatis  
qua p̄ affectionem inclinamur viciose  
ad alios . purgare et expurgare vale-  
as . aduerteere debes generaliter pro  
expurgacōne omniū vicioz carnaliū  
q̄ in anima est triplex vis motiua cor-  
poraliter . videlicet **V**is naturalis q̄ est  
motiua humorū . et inde sepe gula et

luxuria trahunt originē. **A**lia est vis  
 vitalis qua homo exercet motus vita  
 les **T**ercia est vis animalis qua homo  
 exercet imaginacōnez cogitacōez ꝛc  
**Q**uantū vero virtus animalis remit  
 titur et homo minus eam exercet tan  
 to vis naturalis intenditur et augeť.  
**E**t hinc est. qd homines accidiosi et te  
 pidi et qui intus delectacōnem nō ha  
 bent in meditacōnibus in spūalibus  
 desiderijs. maxime vicijs carnalibus  
 periclitantur. **V**nde salomon. **I**n desi  
 derio est ois ociosus. **H**inc est scđm  
**C**assianū. qd gulosus nescit nisi de cibo  
 et potu et q ventris sūt cogitaē **H**inc  
 est itē scđm **C**risostimū qd mulieres  
 maxime tēptantur vicijs carnalib⁹ qz  
 minus ab intra sunt sollicitae. **V**nde vt  
**C**risostimus de luxuria dicit est anime  
 vacantis passio. **E**contra est quantū  
 vis animal' intendit tantū naturalis

n iij

emittitur sicut patet in studiosis. Et  
hinc est quod inquit beatus Hieronymus. ad rusticum  
Ama scienciam scripturarum et vicia car-  
nis non amabis. Quantum igitur homo  
interiori et exteriori occupacioni et sol-  
licitudini cum delectacione fuerit intentus  
tanto amplius carnalia vicia superabit  
Et ergo remedia gulae et etiam luxurie  
est omnis sollicitudo et intentio ad bonum  
affectio. sicut est compunctio quam valde  
valet contra gulam et luxuriam. similiter  
deuotio. sancta lectio. quilibet exterior vtilis  
occupatio cum affectione interiori.  
Istis igitur et similibus remedijs oportet  
te pugnare contra gulam ut tandem  
ascendas ad superiorem gradum. qui est  
ut ita proficias ut iam prompta voluntate  
velis et sine magno appetitu contrario  
possis abstinere ab illis cibis delectabi-  
libus qui possunt haberi. et esse contentum  
simplicibus et communibus cibis.

et abstinere a delicatiorib⁹ puta vino  
et c. In isto gradu stas tuc⁹ nō tamē  
adhuc es sine impugnacōib⁹ licet de  
bilioribus Vnde vt ad terciā ascensio  
nem puenire possis . eousq; tibi calcā  
da est cōcupiscencia remedijs p̄dictis  
ieiunijs . vigilijs . lectione . et crebra  
cōpunctione cordis quibus te forsitan  
illufum vel victum reminisceris . inge  
miscens . nūc h̄ore vicioꝝ . nūc dese  
derio p̄fectōis et integritatis accēsus .  
donec huiusmōi curis ac meditacōni  
bus mens occupata parit̄ et possessa .  
ipsius cibi refectionē nō tam iocū dita  
ti cōcessam q̄ oneri vite impositā sibi  
recognoscat . magis q̄ necessariā cor  
pori q̄ desiderabilem anime sentiat at  
tributam **Et tunc attingis terciū ascē  
sum cū talem iam indut⁹ fueris affec  
tū . Est autē iste tercius gradus et  
ascēsus quo homo ita edomauit gulā**

et adeo reformatiuit vini cōcupiscibilez  
vt sine aliqua difficultate ab habitis  
delectabilibus possit abstinere et con  
tensus esse necessarijs in qualitate et  
quantitate et quo simplicioribus eo  
magis diligit. **Cum** autē adeo gulā  
superaueris. sobrietatē in locū eius  
ordina q̄ diligenter obseruet maxime  
qualitatē et quantitātē in cibo. **Quali**  
tatem videlicet. ne delicata queras vel  
singularia. quantitātē ne mensuram  
excedas. **Ram** quāuis varia est capaci  
tas mensure hominū. vnus tamen in  
omnibus est finis cōtinence. ne q̄siux  
ta mensuram capacitatis sue oneret  
in gluuie. **Maxime** autē videat sobrie  
tas vt semp̄ equale moderatnm q̄  
ieiuniū obseruetur.

**Ascensionēs ad debellandū vicium**  
**luxurie.** **Capl. lxx.**